



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

78. An confessarius sæcularis, vel Regularis semel approbatus possit ab eodem Episcopo examinari, & licentia data revocari? Et quid circa hoc quoad Regulares de Episcopo successore? Ex p. 6. tr. 7. & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

decreto Confessarij Regulares suspendi ab Ordinaris nisi ex nova causa atque ad confessiones ipsas pertinentes, aut ob non servatum interdictum, ab ipsis Ordinariis positum: vide si contra determinationes huius decreti Confessarij Regulares suspendantur ab audiendis confessionibus. Io. Bapt. Lezana, vir quidem doctus, & amicitiosus, in summa 99. Regul. cap. 19. n. 9. putat quod tenetur obedire, sed ne omittas videre me ipsum, ubi supra.

2. Ex his inferitur, quod licet secundum aliquos approbatio Confessariorum Regularium possit ab Episcopis ex iusta & rationabili causa restringi, & limitari ad certum tempus, locum, atque personas; si tamen id fiat sine iusta causa, probabilissimum est restrictionem non valere. Ita Lezana ubi supra, n. 8. Miranda in manuali tom. 1. q. 45. n. 10. Henriquez lib. 3. de pen. cap. 6. n. 5. §. 9. & vide omnino me ipsam loc. cit. * resol. 25.

3. Non desinam tamen adnotare, quod licet supra dicta sint vera, tamen Regularibus facultas audiendarum confessionum ad beneplacitum per Episcopos concessa potest quoadmodum revocari. Ita sacra Congregatio Episc. & Regularium in una Papiensi 12. Martij 1619. apud Barbolam loc. citat. ver. Regular. Confessor, & ver. Approbare, contra Peirinum, quem videbis penes me ipsum ubi supra, * resol. 26.

4. Et tandem nota, quod Regulares ab Episcopo antecessore praeiudicium examine approbati, potest modernus Episcopus pro maiori conscientiae suae quiete rursus examinare. Ita S. Congreg. in una Albanensi 5. Februarii. 1628. & in una Giennensi 30. Ianuarii. 1629. apud Barbolam ubi supra contra aliquos DD. quos citavi, loc. cit. * resol. 27. Sed nostram sententiam novissimè docet etiam Lezana in summa 99. Reg. c. 19. n. 7. & Aldanus in compen. Can. ref. lib. 3. tit. 12. n. 8.

RESOL. LXXVIII.

An Confessarius Sacralis vel Regularis semel approbatus possit ab eodem Episcopo examinari, & licentia data revocari?

Et quid circa hoc quoad Regulares de Episcopo successore? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 62.

1. Negativè respondet Lud. Cellotius de Hierarch. lib. 5. c. 25. ubi sic asserit. Tempus est, tempus approbationis exquiram. Putasne illam esse temporariam, an perpetuam? ex Superioris nutu pendere, an semel collatam detrahi non possit? Scis autem non esse gratiam, adeoque non perpetuè pendentem ex conferentis arbitrio; istud cum optime de iurisdictione delegata dixeris, non item de approbatione. Siquidem hæc testimonium est, quod neque merito negari potest, neque merenti eripi. Ut n. qui Doctoratus lauream consequutus est, eam semper retinet, etiam mutata in eum conferentis voluntate: sic quod semel à te iudicatum est, in tuo amplius arbitrio non est. Quod scripsisti, scripsisti. Revocatum à Sacerdote approbationem, si iurisdictionem relinquas, validè absolvet, at non licitè: quemadmodum Doctori ius est docendi, quantumvis Superioris autoritate prohibeatur, & eo facto contra obedientiam Prælati debitam peccet. Quis igitur modus characterem illum delendi: si reddis incudi, si revocas ad examen, si recoquis illa purgatoria fornace. Quem autem; Sacerdotem seculari. Is si denuò satisfecerit, aliter impressa est approbatio, non obliterabis. Quia testimonium veritati datum perdurante obiecto perire non potest. Si prodiderit ignorantiam, ipse se de libro vitæ deleuit: pronuntia testimonium errore datum

Tom. VII.

fuisse: aut peritiam cui ante datum fuit, evanuisse, desinit esse approbatus.

2. De Religioso autem quid? Non ita mihi Lector, Quamobrem? Quia n. semel præsentari sufficit. Cur hoc? Quia sic voluerunt privilegiorum dispensatores Benedictus XI. ea extrauagante, cui derogavit Clementina nostra, in iis tantum quæ Bonifacij Extrauaganti erant contraria. Nec à Trid. Conc. nec à Greg. XIII. revocatum est illud privilegij genus. Ac licet concederemus illud ab eorum aliquibus antiquatum fuisse; restituit tamen Pii V. pietas quoad forum conscientiae: qui FF. Minoribus postulante Ministro Generali vitæ vocis oraculo confirmat, & concedit omnia privilegia, & quævisque gratias, etiam vocis oraculo concessas per bonæ memoriæ Paul. IV. & alios Rom. Pontifices Prædecessores Sanctitatis siæ, cum singulis clausulis, & decretis derogantibus in eis contentis: ita vt illis gaudere, & vt possint toties quoties opus fuerit, & eis videbitur. Et quoad illa quæ sunt restricta seu derogata per Conc. Trid. etiam vt illis possint in foro conscientiae tantum. Certè Author est Henric. Pium V. motu proprio concessisse, vt Religiosus ab aliquo Episcopo examinatus ab eodem iterum examinari non possit: quod si sit ex Mendicantibus, nec à * successore, vt addit Emanuel Sà. Ita Celotius, * Sup. hoc in Ref. noc. seq

3. Cuius sententiam & meritò quoad hoc vltimum non approbat Stephanus Bauny in Theol. Moral. p. 1. tr. 4. q. 10. & Ioan. Bapt. Pœpositus in 3. p. de Sacra. Pœnit. q. 8. d. 3. n. 17. vbi sic ait. Ceterum Regulares Ordinum Mendicantium ab aliquo Episcopo approbati praeiudicium examine, non possunt ab eodem examinari; possunt verò à successore: ita Pius V. in Bulla edita anno 1571. quæ incipit, Romani Pontificis: Quæ constitutio non est revocata per Greg. XIII. vt respondit Congregatio. Ita ille. Sed ne deseras recognoscere me ipsum in p. 3. tr. 2. * resol. 27.

4. Sed quoad revocationem licentiarum ego puto cum P. Lugo de sacram. Pœnit. disp. 25. sect. 3. §. 1. n. 63. & 64. Si approbatio Confessarij data sit ad beneplacitum posse ab Episcopo revocari licitè ex causa, & validè etiam absq; causa non solum secularibus sed etiam regularibus. Ratio est, quia approbatio data cum limitatione, & ad certum tempus, transacto illo tempore cessat, vt diximus, & potest aliquando approbatio cum tali limitatione conferri ex causa iusta. Quod autem approbatio ad beneplacitum, est approbatio limitata ad certum tempus vagum determinandum pro arbitrio approbantis: ergo aliquando licitè dabitur cum illa clausula, quando scilicet sunt causæ si præ adductæ ad dandam approbationem cum limitatione: semper autem valida erit limitatio, ita vt cessante beneplacito approbantis, approbatio eo ipso intelligatur cessare. Deinde assero ex iusta causa, & rationabili posse etiam Religiosis revocari approbationem prius absq; limitatione concessam: quod quidem quando rationabilissima saltem causa intercedit, non potuit negare P. Vasq. Erit autem controversia patui momenti an causa debeat esse rationabilis, vel rationabilissima; nam si causa rationabilis est, sufficiens est si non sufficiens non est, erit iniustificans, & per consequens irrationabilis. Porro posse intercedere causam sufficentem revocandi approbationem non videtur posse negari; si quidem potest intercedere causa sufficiens ad ferendi beneficium semel ritè & absolute collatum, quod multò magis radicatum ius confert, quàm approbatio: quæ cum sit sententia testimonij, perhibens de idoneitate alicuius, non apparet, cur mutato obiecto non possit licitè, & iuridicè revocari. Nam sicut ille qui hodie idoneus est, potest postea corruptis moribus, vel obliuione doctrinæ fieri ineptus: qui cum hodie declarat idoneum, poterit postea eum declarare ineptum, & tractare

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & in Ref. seq. & in Ref. 81. §. ab eodem, & sup. in Ref. 67. in fin. v. Quæ etiam addit. in quibus agitur de illicita revocatione.

* Sup. hoc in Ref. noc. seq

* Quæ hic est int. Ref. 80. & in aliis eius primæ not. Sup. hoc etiam in Ref. 74. §. v. & lege alius Ref. & §. eius not. & not. primæ dictæ Ref.

in hoc que

tractare reuocationem pro tempore sequenti. Et certe si Episcopi hoc non possent facere, non possent satis consistere suo gregi, cum non possent prohibere illi Confessarium ineptum semel approbatum, etiam si clarè constaret de eius ineptitudine. Sed si Episcopus sine iusta causa reuocaret approbationem concessam Regularibus, putet cum Lugo *ubi supra* n. 64. esse non solum illicitam, sed etiam inuolidam talem reuocationem. Et hanc sententiam præter DD. quos citavi in 3. part. 1. 2. * resol. 2. tenet nouissime Stephanus Banny in *Theol. Mor. part. 1. tr. 4. q. 9.* quia, ait ille, Regulares quos Episcopus approbavit ut idoneos, cum ab eo amplius non pendant in usu potestatis absoluedi; sed à solo Pontifice Romano, à quo iurisdictionem suam habent, reuocari hæc ab Episcopo non potest, nisi inuolide, ac sine effectu. Deinde reuocatio iustæ causæ, ac iuris per illam acquisiti sine causa, non modò est iniusta, sed etiam nulla, eò quòd sententia quæ data est per regulas iustitiæ, sit irreuocabilis: sed approbatio alicuius ad Confessiones est instar iustæ sententiæ, cum tali approbatione iudicetur ad eas idoneus: & sic per eam ius ad eas audiendas approbato acquiritur; ergo si tollitur, tollitur iniuste, ac sine effectu: ac proinde poterit Regularis, cui per talem reuocationem videtur fieri iniuria confessiones excipere, ut prius, ita Petrus de *Prinul. Minorum*, tom. 1. *conf. 26. Leo X. §. 6. n. 7.*

5. Obiicit. Quod ad beneplacitum datur, potest ad libitum concedentis reuocari: sed ab Episcopo manat ad Religiosos potestas audiendarum confessionum. Ergo, &c. Maior est distinguenda: nam id quod conceditur, metum est beneficium, aut sententia: si primum, vera est maior: si secundum verò falsa. Ad minorem autem dicendum est approbationem licentiam non esse, sed sententiam, seu declarationem, quòd examinatus dignus sit, qui ad confessiones excipiendas applicetur. Huc vique Banny.

6. Et hæc dicta esse volo, non studio contradicendi opiniones, quas nouissime docuit Lud. Cellolotius; est enim vir doctissimus, & eruditissimus, & de cuius lectione magnopere delectatus sum: sed ne Regulares illas in praxi deducant, & hoc ad tollenda dissidia, & remouenda scandala, quæ cum Episcopis oriri possent. Vellem tamen Dominos Episcopos conseruare Regularibus eorum priuilegia, & considerare, quod pro illorum tuitione non desunt Auctores magni nominis, & simul agnoscere merita Regularium, & quantum eis detur pro seruitiis factis, & quæ in dies faciunt Ecclesiæ vniuersali, & eorum particularibus Diocesibus.

RESOL. LXXIX.

An Episcopi absque causa possint valide reuocare approbationem, non solum Confessariis secularibus, sed etiam Regularibus?

Et an Episcopus absque iusta causa possit saltem reuocare approbationes Regularium, si data fuerint ad beneplacitum?

Et notatur Sacerdotem semel approbatum, si absque causa ab Ordinario reproberetur, aut suspendatur, posse eligi in Confessarium per Bullam Cruciata, si non ex culpa sua propria hoc euenierit? Ex part. 1. tractat. 4. & Misc. 4. Ref. 15.

Sup. hoc pro Confessariis secularibus, & regularibus, in Ref. præterita, & s. 1. **A**firmatiuè respondet Nicolaus Lambert Doctor Sorbonicus 3. part. D. Thom. 1. 3. disput. 21. de Sacrament. Pænit. artic. 4. Probatur, Approbatio de qua agimus, tandiù debet in Confessario moraliter perseuerare, quandiù proxima ido-

neitas ad Sacramentum hoc administrandum, supposita iurisdictione, perseuerat in illo, quia est quædam conditio in illo essentialiter requisita, sed hæc approbatio in presenti difficultate non amplius moraliter perseuerat in illo, quia supponitur reuocata, neque potest responderi esse inuolide reuocata, & sic censeri adhuc moraliter perseuerare, nam hæc approbatio iam concessa, non est minus sub libera dispositione Episcopi, seu Ordinarij; quam sit iurisdictione per eum absolute & simpliciter concessa alicui alieno Sacerdoti in Sacramento Pænitentiæ exercenda circa proprias oves eiusdem Episcopi; vtraque enim concessio est aliquis actus iurisdictionis, & hic posterior magis propriè quam sic ille prior solius approbationis, sed Episcopus, seu Ordinarius potest valide (esto non licite) absque vlla causa legitima, ac iure reuocare iurisdictionem, quam alicui docto, & probo Sacerdoti dedit pro pænitentiis in Sacramentali confessione audiendis, & absoluedis; ut Sacerdos ille, vbi hæc reuocatio ei sufficienter innotuit, non possit amplius valide pænitentes absolueri in Sacramento Pænitentiæ; ergo, & pari iure Episcopus, seu Ordinarius potest valide quidem (esto non licite) approbationem hæc à se datam alicui pio, & docto Sacerdoti absque causa legitima reuocare: ita ut in posterum non possit valide hoc Sacramentum administrare. Deinde probatur; Summum Pontificem dare alicui alieno Sacerdoti speciale priuilegium, quo approbatio simpliciter, & absolute ei per Episcopum concessa pro confessionibus pænitentium excipiendis, & Sacramentali absolutione impertienda, non possit reuocari, est signum, talem approbationem esse ex sua conditione reuocabilem per Episcopum, seu Ordinarium, qui illam concessit; nam priuilegium est quædam lex priuata, qua quis eximitur per auctoritatem superioris à communi lege; & si hæc approbatio sic obtenta est ex se irreuocabilis, cur petitur, & confertur à Summo Pontifice priuilegium, ne reuocetur. Sed Pius Quintus Summus Pontifex motu proprio decimo septimo Kalendas Iulij, anno Christi Domini 1567. & octauo Idus Augusti, anno 1571. ut videtur est apud Emanuelem Rodericum *tom. 4. questionum Regularium, Bulla 6. & 7.* dedit priuilegium Mendicantibus, ut semel approbati cum examine ab Episcopo non possint amplius ab illo eodem examinari, sed maneant approbati; ita tamen ut ab eius successore possint iterum examinari: igitur approbatio absolute ab Episcopo, seu Ordinario data alicui pro audiendis confessionibus Pænitentium, iisque Sacramentaliter absoluedis, potest valide etiam sine causa rationabili ab eo, qui concessit illam, reuocari.

2. Neque huic nostræ propositioni obstat, quòd in citatis decretis Bonifacij Octauij, & Clementis Quinti, Mendicantes æquantur Curatis, seu Parochis, Episcopus autem non possit etiam absque aliqua causa rationabili impedire Parochum, seu Curatum, ne propriam Parochianum debite contentem, ritè dispositum valide absoluat. Nec item quòd Pius Quintus Bullis proximè citatis dederit Mendicantibus priuilegium, quòd approbatio illis semel per Episcopum concessa, non possit reuocari: nec denique quòd aliqui habeant immediate à Summo Pontifice iurisdictionem pro hoc Sacramento omnibus & singulis administrando. Hæc inquam non obstant, primùm quidem, quia Mendicantes ibi æquantur tantum Curatis, seu Parochis penes potestatem absoluedi, quatenus Mendicantes possunt vi illius vniuersique decreti absolueri pænitentes ab iis tantum casibus, à quibus Parochi iure communi possunt